

Welsch,
die
Festiva
impia
corum
Atica.



11.0

24

13

DE
TVTELA IMPVBERVM ATTICA,
BREVIS COMMENTATIO.

VIRO ILLVSTRI,
**CHRISTIANO HARTMANNO
SAMVELI GATZERT,**

PHILOSOPHIAE ATQVE IVRIS VTRIVSQVE DOCTORI,
IN ACADEMIA GEORGIA - AVGVSTA ADHV
IVRIVM PROFESSORI PVBLICO,

IAM

SERENISSIMO HASSIAE LANDGRAVIO A CONSILIIS REGIMINIS
ET IN ACADEMIA GIESENA IVRIS ANTECESSORI
DESIGNATO,

PATRONO ATQVE PRAECEPTORI
MAXIME COLEND O,

DICATA.

AVCTORE
ERNESTO CHRISTOPHORO WALCHIO L. C.
REGII DISCIPLINARVM HISTORICARVM INSTITVTI
SODALE EXTRAORDINARIO.

GOETTINGAE
LITTERIS BARMEIERIANIS. CICICCLXVII.

11.05.

Cx 674

61



ILLVSTRI, CONSULTISSIMO,

CHRISTIANO HARTMANNO SAMVELI
GATZERT

S. D. P.

ERNESTVS CHRISTOPH. WALCH.

TE, quem in litteris, quas humaniores vocamus, esse versatissimum
in disciplinis Jurisprudentiae elegantioribus speciatissimum, in seue-
rioribus doctissimum, in omnibusque scientiis, quae Ictum ornant, peritis-
simum doctus quisque scit, Academia nostra Georgia Augusta, quae te ob me-
rita tua insignia atque eruditionem amplissimam per tres paene annos Professo-
ribus suis adscriptum coluit, fato mihi aduerso amittit. Capis enim noua virtu-
tum Tavarum praemia, siquidem Academia Giesena, quam doctissimis in Iuris-
prudentia viris semper abundasse constat, TE, cuius laus ac gloria scriptis
elegantissimis per totum eruditorum orbem emanauit, inter Antecessores
tuos recepit, ideoque satis declarauit, se peritiorem, speciatiorem iurisque
praecepta exequendi, proniorem (quum maximam probi animi gloriam cum
summa eruditione coniungis) TE eligere potuisse neminem.

Adi



Adi igitur nouum munus! Cape nouam sortem! de qua TIBI a me
publice esse gratulandum, duxi. Quum enim pro benevolentia erga me TVA
aditus ad TE mihi semper patuit, quum ex TVIS in Iurisprudentiam elegan-
tiorem paelectionibus, quibus saepissime, quantum potui, interfui, sum-
mam utilitatem coepi, quum denique consiliis TVIS in addiscendis meis disci-
plinis felici successu usus sum, ingrato animo, nisi laetitiam, quae ex felici-
tate TVA in me redundant, publice profiterer, laborare, omnibus TIBIque
potissimum viderer. Ut igitur nullus ita de me sentiret, atque ut TIBI
ostenderem, quam cupidio animo gratias, quas TIBI debo maximas, age-
rem, hoc leue scriptum, quod ab omnibus, a TE tamen potissimum bene ac-
cipiatur, velim, TIBI dicauis ideoque TWO nomine, quod nominare sat est,
illud exornavi. Iam nihil addo, quam ut Deus T. O. M. TE saluum te-
stumque conseruet, atque ut benevolentiae TVAE, qua huc usque felicitatem
meam ornasti atque auxisti, me semper commendatum habeas.

Dat. d. XXII. April. c. 1567.





DE

T V T E L A I M P U B E R V M
A T T I C A .



Vest commentatio mea inde exordiatur, vnde res, quam *De aetate tractandam* in illa mihi sumsi, originem suam dicit, primo *impuberis legitima*. omnium disquirendum esse videtur, quaenam apud Athenienses aetas fuerit impuberum legitima, et a quo demum tempore sui arbitrii iurisque coeperint fieri. Scire enim, iure etiam aetato fuisse, qui a rerum suarum administratione exclusi, tutoris iudicium in omnibus sequi debuerint, non magis interest, quam penitus nosse, quam diu ipsius consilio atque autoritate debuerunt uti. Quum vero Attici, quos et hac in re vel maxime secuta est romana legislatio, diuersarum hominum aetatum diuersa voluerint esse iura, intuitu praesertim liberae rerum cuiusque administrationis inde determinandae, ne unius aetatis priuilegia cum alterius iuribus misceamus, omnino cautio adhibenda est.

A

Pollux,

Pollux, quem primum inter omnes sequendum esse puto, septem aetatum gradus inter Athenienses fuisse computatos, refert, singulos septem pariter annorum; eos autem, qui secundam aetatem ingressi fuerint, pueros, (*παιδες*) qui tertiam, decimum ergo quintum annum, puheres (*μειρανης*) fuisse vocatos. *a)* Pupilli quidem, puerilem aetatem adhuc agentes, paene nullo ciuium iure gauisi sunt, pauperibusque tantummodo opum particulam relinquendi, ipsis fuit facultas. *b)* Tertiae vero aetatis facti, domini matrum appellari coeperunt *c)* deque rebus suis omnibus testamento disponere potuisse, videntur. Interim biennii adhuc exinde lapsus requirebatur, priusquam aliorum iurium eximiorum plene participes poterant fieri. Anno siquidem decimo sexto vertente, matris hereditariae bona acceperunt administranda, eique donec erat superstes, victum praebere debuerunt. *d)* Neque ultra illud tempus valuit pupillari-

ter

a) Onomast. L. II. C. I. Edit. Hemst.
T. I. 153. Επίλα είσιν ἡλικίαι καὶ ιπποχρήστην, πρώτη, ὅποι ἔνος ἐστὶ τὸν εἶναι, δευτέρη, αὐτὸν ἐπίλα είσιν ἔνος τεσσάρων καὶ δεκατού, τετρά — εἰς ἑπτακοντά πρώτου — Η μὲν πρώτη, παιδίον, η δευτέρη παιδις, η τρίτη, παιδικῶν — et p. 256. παις, χειρός, ὅποι προσήνθετο paulloque inferius: Μεργανίου, ἐφηβος, ἀργ. οὐ εἴη εἴφερον. — Eodem pacto caeteri autores gracie his verbis vni sunt. *Homerus.* Odiss. T. v. 530. eanit de pubertate:

Παις ἔμοις, ἔμοις μὲν ἐν τῷ νηπίος —
Γηραιόντης οὐ μὲν εἰσ —
Νῦν δὲ οὐτε δι μεγάλας ἔτι, καὶ οὐτε μεγάλην ικανεῖ,
et Σ. v. 215. Παις δὲ ἔμοις —
Νῦν δὲ οὐτε δι μεγάλας ἔτι καὶ οὐτε μεγάλην ικανεῖ.

b) Ιακος ὥπερ του ἀπολλοδοτου κληρου: οὐδέν τομος διασχημην καλυπτη ποιειται καὶ εἶναι συμβαλλει τοῦτο γνωστον περι την διμενην καθημα. Edit. Aldina. (fol. 1513) p. 73. Peritus ad leg. att. p. 477.

c) Ο μεν νομος κελευσ του παιδιος οὐδενισ μεγιους τας μηλος ειναι. Demosth. Orat. II. in Steph. Edit. Wolf. (Aurel. Allobr. fol. 1607) p. 622.

d) Dem. I. c. Καὶ εὖν εἶς ἐπιπληγος τις γενησαι, καὶ αἱρετη οὐβησθαι, ἐπιδιετεῖ, κρασιν δε ταν κρηπιδειν, τον δε σίλον μετειν τη μοιζη. Quae virgo vero ἐπιπληγος dicta fuerit, videt. *Pollucem.* L VIII. C. 9. Filias non ordinarie sed filiis haud existentibus, vel patre in testamento illud iubente, successisse in partis bona, hoc loco notandum esse, videtur. v. Demosth. contra Spudiam. Edit.

ter filio impuberi substituendi patris auctoritas. e) Sed huic rei eo longius immorandum erit, quo magis Petitus f), Porterus g), Kusterus h) aliisque opinionem sententiae meae plane aduersam profitentur, ut proin necesse sit, argumenta, quae mihi patrocinantur, amplius proferre. Petitus quidem er, qui hunc in omnibus sequitur, Porterus verba ἡθητικὴ ἐπιδίεστες, quibus legislatores attici vti sunt, non de anno decimo quarto sed de decimo octavo interpretanda esse, opinantur. Qua enim aetate epheborum nomine ornati, iuramentum, ephesis praescriptum, dare debuerunt atque armis cincti sunt. i) Argumenta vero, quibus sententiam substruxit Petitus, non eius sunt naturae, ut illis subscribere possim. Hyperidis (cuius, quam temporis iniuria illius scripta nobis abstulit, inspiciendi, haud esse copiam, quam maxime doleo), locum, a Harpocratone memoratum, proponit, ex quo, Hyperidem eidem secum fauisse sententiae, elucere purat. Qui enim relationis cuiusdam legisque, quae matris hereditariae bonorum administrationem impuberibus concessit, eodem loco facit mentionem. k) Petitus igitur,

Edit. Wolf. p. 649. Integra eorum, qui, et quo modo succedere poterunt, recentio legi potest in Isaei orat, περὶ τοῦ ἀγνοῦ κλαποῦ. Edit. cit. p. 75. l. 9.

e) Petit. L. VI. T. VI. p. 42. et p. 482. et Demosthen. l. c. p. 622.

f) l. c. p. 456. 477. et 482.

g) Antiquities of Greece Vol. II. C. 15. p. 344.

h) in not. ad Suidae Lexic. T. II. f. voce ήθητος.

i) Philostratus in vita Apollonii χρη τον νεον, ἐπειδαν ὄπλωσιδένα ετη γεγονός τυχη, τελο δ' οὐρανον κατ' παις ίμιν ἐφέβε

μέλον, ἐλθον πάρα τους ἀνδρας, ἐς την ἀρματα. L. II. C. 30. Edit. Olear. (Lips. 1709. fol.) p. 82. Suidas T. I. Edit. Kuster. p 806. Harpocratio f. v. ἐπιδίεστες. Vsque ad hanc aetatem liberi, qui parentes in bello amiserant, publice nutribantur v. Meurs. Them. att. Cap. X. n. F. De armatura cingenda v. Petit. p. 154. sq.

k) Ἐπειδή δε ἐγγεγραφην ἔχει, κακ ὁ νομος αποδεδυκε την κοριδίν την καταλειφθεγμαν τη μητρὶ, ὡς καλεει κυριος ἐπειρ της ἐπιτηληρου, κατ της κύνις απασχη τους αποδεδυκε, ἐπειδήν ἐπιδίεστες ηθων. v. Petit p. 457. Relationem in Lexiarch, solo verbo ἐγγεγραφην notaſſe Graecos, vix putauerim, quum Dem., et Isaeus et Pollux vel ἐγγεγραφειν εις το λαζιαρχ: vel δοκιμα-

A 2

Σεμ.



igitur, *Harpocratoni's autoritate ductus, de relatione in Lexiarchicum,* quam anno iuuenis vigesimo primo actam fuisse constat, sermonem esse, arbitratur ideoque iuuenem pupillum, anno vigesimo transacto, demum matris bona accepisse, affirmat. Evidem vero de relatione in Lexiarchicum loqui *Hyperidem*, vix ac ne vix quidem crediderim. Lexiarchicum enim nomen inde accepit, quod pupillus, in illud relatus, bonis, quae ex patris hereditate natus erat, praeesse incepit. *l)* De receptione inter ciues differi, credere mallem, quam quippe, anno decimo sexto peracto, habuisse locum, veritati proxime accedit. In iuramento enim, quod, si ephebis adscribantur, iurare debuerunt, nonnulla insunt, quae de iis, qui ciuium iuribus haud fruebantur, praedicari vix potuerint. Promittendum ipsis nimis erat, se, si quis leges abrogare velit, populo non suadente, id ferre nolle, ac se regionibus atticis esse viros. Quare *Didymum, Suidam m),* aliosque, qui ηβησαν επιδιετος de anno decimo septimo interpretandum esse affirmant, sequi malem. *n)* Pupillum quidem matris, quam patris, bona prius potuisse administrare, a veritate abhorrente, ne alii mihi opponant, vereor. Quum vero foeminas impuberum instar habuerint Athenienses *o),* illasque difficilius ad patris hereditatem admiserint, nonne fieri potuit,

vt

ξεν. de hoc actu vtuntur v. *Iseum.* περι του ἀσυφίου κληρου. p. 70. l. 17. Dem. in *Oncor.* p. 569. Edit. Wolf, et quam plurim, aliis locis.

Θεος Ιησ αγγειος πυροις, κριθαις, αμπελοις, ἐλαιαις. Ius iuri totum legi potest apud *Petrum L. II. T. IV.* et *Postter. V. I. B. I. C. 26.*

l) *Pollux. VIII. §. 104.* ὁ δὲ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματέον ἐγράφεις, οὐδὲ τα παῖδεων παρελαμβανεν. οὐδὲ παῖδεων ἡσια καὶ Ληξις ἐκαλειτο. videſ, fusius de hoc *Tayl rum.* in notis ad. orat. Dem. contra Timarchum. T. orat. II. p. 89.

n) Horum sententiam late exponit *Petrit.* l. c. p. 456.

o) Hoc ex lege, qua foeminas puerorum instar de facultatum tantummodo parte in testamento disponere potuerunt, cuiusque *n. b.* mentionem feci, patere puto.

m) καὶ ἀν Ιησ αγγειον Τους Θεομους, οὐ μη πειθησοι, οὐδεὶς ιστησετο. — ορεοι χειρο-

vt iuueniem annum decimum septimum, quo consiliorum imbecillitas haud adeo tanta est, ingressum, maioribus, quam foeminam, iuribus ornauerint? Quum porro annum vigesimum primum agentes omnia ciuium iura consequuti dicuntur, lege peculiari, quae hoc vel illud ipsis tribueret, opus haud erat. Quod denique substitutionem patris pupillarem attinet, illam iam post annum pupilli decimum sextum non amplius valuisse, ex eo maxime patet, quum pupillus annis quatuordecim inferior de facultatum parte disponere, pubesque factus testamentum componere potuerit. Hanc praeterea legem non ea mente esse latam puto, vt pupillus impeditetur, quo minus, intra annum decimum quintum et decimum septimum moriturus, testamentum faceret heredesque scriberet, sed vt, si pupillus intra hos annos absque testamento mortuus fuerit, non heredes legitimi, sed a patre pupilliter substituti succederent. Haec sunt variae pupilli aetates, quae cum iuribus haud exiguis coniunctae fuerunt, inter quas tamen potissimum ea, qua in Lexiarchicum relatos esse constat, notanda est. Qua enim aetate tutores munere suo abdicarunt. p)

Hac exposita, de persona, quae ad graue et periculosum tutelae munus idonea habita est, dicendum esse arbitror. Nullos vero ad illud gerendum apres censuerunt, nisi eos, qui vel ex testamento, a patre scripto, vel propter necessitudinis vinculum ex legibus, vel a magistratus hanc facultatem acceperunt. Inter haec autem tutelarum genera id, quod ex patris testamento ortum trahit, maxime in usu fuisse inter Atticos, opinor, quum ciues iure, quod ipsis de opibus disponere liberisque tutores constituere, permisit, libentissime vni sunt. Tam late vero hoc ciuium ius patuit, vt vnicuique, cui considerent, liberorum tutelam bonorumque curam demandare ideoque legibus, a viris sapientissimis latis, in testamento derogare

II. *Quis er
quonodo tu-
tor fuerit
constitutus.*

*a) de tutela
testamenta-*

p) Quam diversam de pubertate naturali sententiam touverint Graeci, v. Feistb. antiqu. Homer, p. 218. squ. et animadu. in illum p. 40. Stephani Sche- diasmat. L. V. p. 166. sqq. apud Grute- rum in face artium liberal. T. V.

potuerint. q) Quodsi vero pater, insperata morte praeuentus, absque testamento e vita excederet, ideoque nullus ex illo impuberum tutelam capesseret, non unusquisque, quem necessitudo vel affinitas cum pupillo coniunxit, tutelae munere fungi potuit. Lycurgus quidem, Lacedaemoniorum legislator nulli agnato hanc facultatem admittit. r) Solon vero eos, qui proximam, in bona pupilli succedendi, spem haberent, a tutela remouendos esse iudicauit. s) Verum autem vero hanc Solonis legem non ad omnes, qui ex gente pupilli paterna orti fuerunt, sed ad proximos tantum esse referendum cum Menagio t) puto. Diodorus enim Siculus, agnatis honorum curam, cognatis vero, quibus pupilli felicitas eo magis cordi esset, quo minorem hereditatis spem haberent, pupilli ipsius tutelam attributam fuisse, evidentissime docet. u) Nec ea tutelae species, quam proximus pupilli heres gereret, penitus incognita fuit Athenis, siquidem patri integrum erat, cum in testamento tutelae praesicere. Quare Demosthenis tutelam proximi agnati ex testamento administratur.

q) Plutarch, in vita Solon. Πλούταρχος διαβάσθε, ὅταν τὸν Σόλωνα, videlicet Anton. Thysii Collat. leg. attic. et Roman. in Gronou. thes. antiqu. Gr. T. V. p 1394 et Plato de legibus Cap. XI. Edit. Ficin: p 679. καὶ γενεὰς τοῖς πατέροις ἐπίσημος τοῦ δυτικοῦ, οὐδὲν ἄνθρωπος ἀπέδει.

r) Euerard Otto Comment, in Institut. Γ. de legit. tutor. Edit. Reiz. nouiss. p 91.

s) οὐδὲ ἐπίσημον, εἰς δὲ ή δυτικά ἐπίσημα ταῦτα ἔφαγαν τελείωσαν. videlicet Diog. Laert. in vita Soloni. segm. 56. Edit. Menag. p 65. et in Prateii luresprud. veteri L. I. C. 19. ταῦτα ἔφαγαν

πληροφορούστων ἐπίλογος την ἵστων. Otto Thei. I. C. T. IV. p. 407. Meursii Solon. L. I. C. 20.

t) In notis ad Diog. Laert. L. I. segm. 56. p 22. Petita. I. c. de tutelis.

u) in Bibliotheca histor. L XIII. Οἱ μὲν γένες ἀπὸ κατόπιδος συγγενεῖς οὐ προτιμᾶσθαι πληροφορίας ταῦτα ὄφαγαν, εἰς δὲ τὸν τελείωσαν. οὐ δὲ τὸν τοῦ πατέρος ἀπίσημον, μετὸν δὲ διατάξη, διὰ τοῦ πατερεύοντος ταῦτα σώματα, τοὺς δὲ βοσκεῖς εἰς ἀγενεῖς καθιστοῦσι, εἴναι δὲ ὄφαγοι τολευτῶσιν, ἀπεβάστερον δικονομοῦσι ταῦτα κερματά, αὐτοὶ διατάξαντες τοῦτα τυχόντες ἐχομένοι. v. Menag. I. c.

runt. x) Nec est, cur Solonis legem hac in re appellemus! Si enim pater sanguine proxime coniuncto, de cuius sinceritate ac fide haud dubitat, in testamenti tabulis tutelam defert, quid amplius, quo minus eam gerat, impedimento erit?

Si plures pari necessitudinis vel affinitatis vinculo cum pupillo coniuncti ideoque eodem iure ad tutelae munus capessendum gaudentes aderant, coniuncto consilio et labore gerere omnes tutelam potuisse, affirmare ausim. Non enim Diodori tantum verba, sed varia etiam Demosthenis loca, in quibus de pluribus tutoribus, testamento constitutis, ipse loquitur, ad hanc sententiam me commouerunt. y) Si enim plures tutores, quibus ex testamento hoc munus impositum erat, admissi sunt, nonne etiam pluribus, idem ius ex lege adeptis, tutelam simul et vnitis viribus administrare licuit? Marris vero tutelam iam viu venisse inter Athenienses, vix ac ne vix quidem crediderim: id quod ex eo imprimis comprobandum est, quod marrem in filiorum puberum esse potestate, ait Demosthenes. Foeminas porro, vti iam dixi, impuberum instar habuerunt Athenienses. z) Legibus denique, quibus legitima agnatorum tutela describitur, ne verbo quidem matris sit mentio.

c) de tutela
marris.

His omnibus expositis, de tertio nempe datiuae tutelae genere, Athenis aequa receptae, differere, opus esset. Antequam vero ad illud me vertam, Platonis de tutela, ab agnatis et cognatis ex legum voluntate suscipienda, sententiam proponam. Qui nimurum, si pater absque tabulis mortuus sit filiumque impuberem reliquerit, duos ex

pater-

xx) ὅτι ἐμελλε τελεῖσθαι, ἀπαίδεια ταύτη
πενχειστον Ἀφορτέ τέ τοισθ οὐ δικαιοφορίῃ τῷ
δημόσιος νέοις, τούτοις μὲν ἀδελφίδαιοι ὄνται,
τῷ μὲν εἰς ἀδελφού, τῷ δὲ εἰς ἀδελφην γε-
γνωσθεν. Dem. Orat. I. in Aph. Wolf. p.
548.

y) v. Orat. contra Aphob. I. Nam

pater Demosthenis plures tutores in te-
stamento constituerat, et Orat. pro
Phorm.

z) v. Petit l. c. p. 477. qui mulie-
rum imbecillitatem huius legis suisse
causam, affirmat.

paterna pupilli gente, duosque ex materna, quibus vnuus eorum, quibuscum pater amicitiam coluit, adiungendus esset, pupilli saluti prospicere eiusque bona administrare, voluit. a)

d) de tutela
dariua.

Quodsi vero nec pater tutores nominauerat, nec erant, quos leges vocarent tutores, magistratus omnem curam adhibere debuit, vt tutores constituerentur. Ut vero pupillo eo citius subueniretur neque is tutoris consilio, ope atque auctoritate per longum temporis interuallum destitutus, bonorum iacturam incurret, vni ex magistratu, ARCHONTI b) nimirum, hanc prouinciam demandarunt Athenienses. Hic igitur tutores singulare integritate et fide conspicuos elegit, si modo de liberis, qui illorum auxiliis in negotiis gerendis et cura in vita bene formanda egerent, certior factus fuerit c). Cuiusnam vero alias, hoc denunciare Archonti, fuerit partium, quam agnatorum et cognatorum? Hinc etiam Plato statuerat d): ut si pri-

a) de legibus. L. XI. Edit. Fic. p. 679. Εαν δε μη διαδεμένος τελείωση τις, ή της των ἐπίθετων ἀρχετάς ἀλλίπει, ἐπιτέλος εἴναι τους ἐγγύταλα γενει πρός παῖδες καὶ μῆλος κυρίους. διο μὲν πρός παῖδες δύο δι πρός μῆλος, εἴναι δὲ ἐκ των του τελείωσαν φίλων —

b) Archontum collegio nouem fuerunt adscripti v. Meurs. in Sol. c. 25, qui summo Atheniensium collegio, Areopago, adfederunt, postquam Archontum munere, id quod annum fuit, abierint. v. Meursius de Areopago, C. V. Gronou. Thes. T. V. p. 2085. Primus collegii καὶ ἔρχοντα archon appellatur, alter βασιλεὺς, tertius πολεμαρχός, reliqui θεοφόρεται. v. Pollux. C. 9. L. 8. Primo illi, qui Archon dicebatur, tutelarum cura demandata fuit. Pollux. l. c. Edit. Hemster. T. II. p. 908. Alii tamen ipsi adiuncti fuissent,

videntur, cum Pollux ipse dicat: l. c. οὐδέποτε μετ' ἐπιτρεπτῶν. Vnde quoque loco Xenophoritis, in quo περὶ τῶν ὁρανοφύλακων loquitur, lumen acceditur. De redditibus ed. Op. Leunclau. (Paris. 1625. fol.) p. 922. A. Eidem porro Archonti eiusque administratoribus cura foeminarum viduarum, ventrem ferentium, traditi sunt,

c) vi. Guil. Postelli de republ. Athen. libr. C. 20. in Gronou. Thes. T. V. et Petitum l. c. p. 491.

d) Εάν δέ φανται ἐπίθετος τελείωση ήτις, οἱ προστοκούστε καὶ ἐπιδημούστε πρός παῖδες καὶ μῆλος, μεχρίσ αὐτοῖς παιδὸν, ἀλλού καθιστάσθαι εἴησος δέκα πρότερον, η δραμισθεώσις δραγχεῖ της ημέρας, μεχρὶ πρεσβειαστησατο τοις ἐπίθετοις, de legibus L. VI. Edit. Fic. p. 619.

si primus tutor pupillo ereptus fuisset, agnati et cognati hoc munus intra decem dierum spatum alteri deferrent; si vero, hac lege haud seruata, post decem dies nullum constituerint, poena vnius drachmae qualibet die, vsque dum officio suo stererint, ab illis sumenda esset. Eiusdem porro Platonis verbis ductus, credo tutelam, ad quam ob- d) de tutela eundam quis pado se obligauerat, non tanto odio habuisse Graecos, pacitiae, quanto Romani illam habuerunt e).

Hisce igitur modis pupillorum tutela tradi potuit! Illi vero, II. de officiis cui imponebatur, omnis diligentia in iis rebus, quae ad pupilli felicitatem spectauerunt, adhibenda ac summa fides in omnibus, quae in pupilli causis egit, praestanda fuit. Quum enim tutela, ut procura-
tio reipublicae ad utilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eo-
rum, quibus commissa est, gerenda est, utilitatem pupilli sic tueri
debet tutor, ut quaecunque agit, ad eam referat, oblitus commodo-
rum suorum. Ut autem tutelae muneris grauitas eo magis elucesce-
ret, tutorum officia, quae pro viribus meis explorare potui, enar-
rare mecum constitui, inter quae tamen eas res, quas omittere de-
buerunt, anteponam.

Quas inter imprimis referendam esse puto SOLONIS legem, I negativa
qua tutor matrimonio cum relicta pupilli matre interdicitur f). a) matrem
Quum vero patri, vii iam dixi, in testamento libera esset, legibus
contrarium hac in re statuendi, potestas, saepius, imprimis si spes
pupilli iu-
matronium
du eire non
erat potuit.

ε) Καὶ γενθάς τοι παισι ἐπίστρους
ἐκοῖνας τε καὶ ὄφελοντας. Quam acris
vero ob §. IO. I. de excusat, tuti pugna
de tutela pacitiae fuerit inter ICtos, do-
cet Cl. Nettelladrius; in den haellischen
Bevtraegen zur iuristischen gelehrten
Geschichte. T. I. P. I. p. 131.

f) Diog. Laert. in vita Solon segm.
56. Edit. Menag. T. I. L. I. P. 65. τον

ἐπίστρους τη ταν ὁρθων μῆτρα μη συναίνειν.
vid. Præteri Iurisprud. vet. I. 20. in Oto-
nonis thes. I. C. T. IV. P. 407. Mu-
rsum in Solone C. 20. Thysium in collat.
leg. atticar. et Roman. in Gronou. An-
tiqui. Gr. T. V. Thysius hanc legem
cum lege Romanorum, qua tutor a ma-
trimonio cum pupilla arectur, comparare
anxie studet. I. c. p. 1383.

erat, fore, ut ex eiusmodi conjugio multa emolumenta in filium redundant, tutori in testamento dato concessum fuisse legimus, ut viduam matrimonio sibi coniungeret. Exempla, quae hoc comprobant, in promtu sunt! Demosthenis enim pater Aphobo tutoris munus ea conditione, ut cum Demosthenis matre matrimonium iniret, in testamenti tabulis mandauit g) atque Apollodori pater liberto Phormioni, liberorum tutori constituto, viduam in matrimonium ducere, permisit h). Id quod eo magis mirum erat, quum libertos non tanti ac ingenuos aestimarunt Athenienses. Demosthenes tamen Apollodorum, qui matrem suam liberto nupsisse aegre tulerat, reprehendere patrisque voluntatem defendere annis, multa affert exempla, quibus patres idem in testamento saepius praecepsisse, probat i). Hanc quidem patrum facultatem non satis recte adsecutus est Petrus, quippe qui, quum Theologus esset, causamque, cur patres dictam Solonis legem in testamentis contemserint, haud intelligeret, legem ipsam auctoritatem amisisse inter Atticos, inde minus congrue opinatur k).

b) neque pupillam:

Neque hoc solum matrimonium odio habuerunt Athenienses, sed lege etiam publica, quo minus tutor, vel ipsius filius pupillam matrimonio sibi iungeret, acriter prohibuerunt l). Et sane non est, quod, hanc legem latam fuisse, miremur. Metuendum enim erat, ne tutor, imminutis sua culpa pupillae bonis, in matrimonio auxilium quaereret contra actionis poenaeque imminentis periculum post aque absolutus, in fraudem legis vxori repudium mitteret. Saepius quidem pater matrimonium cum pupilla ineundum in testamento tutori dato

g) Demosth. in Aph. I. ab init.

h) Id. pro Phormione, Edit. Wolf, p. 601.

i) Id. ibid. Edit. Wolf, p. 603.

k) ad leg. atticas p. 447.

l) Μη γαρ εἰς τὴν ὁρμήν μηδὲ τῷ ἐπιτέλεω μηδὲ τοῦ ἐπίθεσον πάσι. Marcell. in Hermog. v. Meurs. in Themide attica, L.II. C. 10. et Menagium I. c.

dato concessit, quin immo iussit, filiam alii, quam tutori nubere nulli. Ita pater Demosthenis in testamento suo filiam, quam magna dote extruxerat, tutori in matrimonium collocauit *m*). Qua vero patris facultate, quae sententiae meae contra *Petiri* opinionem haud ita multo ante prolatae maximam auctoritatem conciliat, totam legem sublatam non fuisse, vt doceam, necesse esse, haud puto.

Pro viribus igitur expositis iis, ad quae non facienda legibus tenebantur tutores, ad ea, quae tutela susceptra, praestare atque agere debuerunt, vt animum meum aduertam, locus est. Maxime erat e republica, vt quanta poterat, cura, fide et diligentia in pupillo ab omni iniuria tuendo inque rerum pupillarium administratione versarentur tutores. Quapropter ante omnia, qui vel ex patris testamento vel ex legibus tutelam acceperant, *Archontem* adire et ab ipso, vt publica auctoritate confirmarentur, petere debuerunt. Innuere id videtur *Pollux*, *Archontis* esse officium, asserens, vt tutores constituantur, neque hoc ad praecipios tutores refert *n*). Iam licet opponant alii, tutores eiusmodi ius tutelae suum aliunde nactos, *Archontis* confirmatione haud equissee, ea tamen ex hac potissimum ratione requiri potuit, vt ne villa suspicione premerentur tutores testamentarii aut legitimi, quum ex sola nominatione aut agnatione non dependent tutoris religio et honestas. Quum porro summae *Archontis* inspectioni omnes tutores subiectos fuisse constar, nonne ipsius eos, quibus praefectus fuit, accuratius nosse, multum interfuit?

*2) affirma-
tina.*

*a) ab Ar-
chonte, ve
constitueren-
tur, petere
debuerunt.*

Satis autem non liquet, num, nisi pater in testamento hoc inscribit, tutelae negotia diuidendi, copiam habuerint plures simul constituti tutores. Mihi tamen haec diuisio locum habuisse videret;

Nonne

*m) Dem. in Aphob. I. ab initio.
Δημοσθένεις την εργανή αδελφήν κατ' ένα την*

λεύκη ἐνθετός ἐδωκεν ἔχειν μηδέποτε επιστολήν

n) Onomast. L. VIII. C. 9.

B 2

Nonne enim pupilli bonis magis consulitur, si quis praecipua negotia peragenda curat inque rei singularis administrationem et conservacionem omnem curam, quae in rem verti potest, conferre studet? Quae porro ex rerum communione orientur lites, quae altercationes, quae damna, constat inter omnes! Quum denique tutores libertis, qui defuncto summum bonum, libertatem, debebant, rerum administrationem adsignasse videntur, meae sententiae nouum inde robur accedit. Demosthenes enim, qui mihi tot argumenta ad commen-tationem meam ornandam suppeditauit, de tute suo, *Therippide*; *Nunc dicit, ait, de officina quaeri non potest, quia ipse barum rerum curam non habuisset, sed Milyas, libertus noster illa administrasset o).* Num autem sententiae, cui Demosthenis verbis motus subscripsi, iuste subscripterim, nec ne, iudicent me peritiores. Equidem tamen, tutorem se ideo excusasse, nisi leges, libertum in rerum administratione adhibere, permiserint, vix ac ne vix quidem putauerim.

Hisce, quae tutelam antecedebant, rite et secundum legum sapientissimarum tenorem propositis, ad seueriora ac grauiora officia nunc me conuertam. Imprimis ipsi omnis cura in eo ponenda fuit, ut impediret, quo minus pupillum, lugentissima optimi patris morte summis periculis expositum, scelerosi homines corruptriarum illecebribus irretirent, quaestumque ipsius corpore facerent p). Si vero quis opum iniustarum conflandarum causa pupilli felicitati adeo invaderit, ut a quaestu ipsius corpore faciendo cohiberi nulla re posset, improbum de vi iniuriaque illata apud SEX VIROS accusandi, non pupillo,

b) *Pupilli corpore ne quis quaestum faceret, canere debuit.*

o) *Demosth. in Orat. I. in Aphobum οὐδὲ μεν φησι ἀργονα το ἐγυιστηρον, εἰοις δοις αὐτοις μεν οὖν ἐπεικελη τοιων, ο δο Μιλιας ο ἀπεικενθεος ο ημεσος διαιχησεν αὐτα. Neque tamen hic Milyas a patre tutoris munus acceperat, quumi*

Demosth. plenam tutorum in testamento datorum faciens recentionem, Milyam silentio praeterit v. n.

p) *in Orat. Demosth. contra Timarchum Edit. Taylor. P. II. p. 17. s. q.*

pillo, iniuria lacesito, sed tutori data est facultas. Quumque inter Graecos, ut lucrum inde compararent, parentes, agnati ideoque etiam tutores eos, quos sub potestate habuerunt, saepius prostituerint, lex fuit rogata, quae non eum, qui se prostituui passus est, sed eum, qui impuberem elocauit, vel conduxit, accusari iussit. q) Quanta iustitia, quantaque aequitate legislator hac in lege ferenda usus fuerit, quis est, quin perspiciat? Eodem fere pacto summa, qua fieri potuit, sagacitate, pupilli bonis prospexerunt, ad quod primum pertinere videretur ea lex, quae, ut domum pupilli in eiusdem utilitatem elocare studeret, a tutori exegit. r) Quodsi hoc negliceret tutor. Archonti illius elocandae non modo erat facultas, sed vni- cique etiam, qui, domum haud esse locatam, sciebat, actionem contra tutorem instituere licuit. s) Tutores igitur, simulatque munus adierint, ad Archontem se conferre ipsumque rogare oportuit, ut auctoritate sua iudicunque consilio aedes elocari pateretur. t) Contraquā postea locationis inito, pupillis, qui ne damno ullo afficerentur, leges maxime cauerunt, bona conductorum pignoris iure obligata fuisse, memorat Suidas. u)

c) aedes pu-
pilli elocare.

Haud minorem curam in caeteris rebus non minuendis adhiberent. Pecuniam enim, quam parentes aliis, foenore constituto, crediderant, siue numeratam reliquerant, nec in usus suos transferre nec usus in commoda propria frui, fas erat. Illam potius omnem, vel in rem pupilli conuertere, atque aes alienum soluer,

d) caetera-
rum pupilli
rerum cu-
ram habere.

q) Ibid. Edit. cit. p. 15. squ. T. II.
atque Petitus ad leg. att. L. VI. T. V.

r) Dem. in Aph. orat. III. τεν δικον
ενη ἐμιθωτε των νεφαν κελευσαν. atque
aduersus Naufimachum p. 634. Plutarch.
in Solone; Edit. quae cura Aldi Venetiis
in vulgum prodit. (1519. fol.)
f. 25 p. 2. Petius, p. 491.

s) Pollux L. VIII. C. 9. Edit. Hem-
steth p. 907. καὶ τοὺς οἰκους ἐκποθε-
ταν ὄρφαναν. Quantum Graeci aedes a
patre relicta aetimarint, qui seire cu-
pit: vid. Plato de legib. L. V.

t) Petitus l. c. p. 492. Pollux actionem,
δικην μιθωτεως οίκον, appellat.

u) Id. ibid.

B 3



re, vel conservare pupilloque tutela finita tradere, tenebantur. *x)*
 Hinc equidem, tutelam fructuarium fuisse Atheniensibus incognitam,
 putauerim. Possetne enim Demosthenes in tutores suos, qui viuras
 non reddidissent, adeo inuehi? Ipsius quidem verba, quibus, se ae-
 gre latrum non esse, si certam viurarum partem abstulerint, testa-
 tur, testimonio esse possent aduersariis, tutelam, quam nominamus
 fructuarium, haud exulasse Athenis. Quum autem de tota bonorum
 amissione hoc dicit Demosthenes, quum iustam agendi causam iudici
 commendare, ipsi animus est, hanc tutelam ex illis defendere, mihi
 mehercle in mentem haud veniret. Ipse enim aliis locis: *Neque pec-
 cuniam, ait, neque viuras reddidit,* *y)* ac: *Orania fortes et viuras con-
 sumserunt.* *z)* Honorarium vero ipsis potuisse constitui, patet ex
 exemplo patris Demosthenis, qui Therippidi, usque dum Demosthe-
 nes vir factus esset, LXX. minarum usum fructum quotannis percipi-
 endum concederat. *a)* Num vero eodem honorario tutores legiti-
 mi et ab *Archonte* dati potuerint frui, dubitationibus offusum, at-
 que incertum est, quum autores illud silentio praeterierunt.

Quod ad caetera bona attinet, tutori maxime eo fuit respicien-
 dum, ne qua alienaret, quae pupillo usui essent, neque ea, ex quo-
 rum administratione maiores, quam ex elocatione fructus redundan-
 rent in impuberem, locaret. Quare mensam foenerariam, si quam
 pater reliquerat, pro annuis viis alii in usum concedere, tutori
 permis-

x) Contra Aphob. orat. I. Edit Wolf.
 p. 553. οὐτε γαρ ἡσφειλοντα με κατα-
 ληπτειν ὁ πατητης, εν τοις γεραιμασιν απεθη-
 νει εἴτε οἰς ἀποδεδηκενη ταῦτα ἐφη, πα-
 ρεσσύτε μισθυζα.

y) Orat. II. contra Aph. p. 558.
 ἀπε τας μιας ἔτε τοι εργου ἀποδέδηκε.

z) In Orat. III. contra Aphob. τα

ιεθελαίσα κατ τας ἐπικαρπίας ἀπεισθεντες.
 ibid. p. 564. Sexcenta alia loca legi pos-
 sunt in Demosth. praeferunt in Orat.
 contra Aph. III.

a) Demosth. in Aphob. III. Θηριπ-
 θην δ' ἐδοκιμαστα μιας λαβοτα μισθυζα-
 σθη, εις εγω αὐτης γενοιμην видес, quoque
 Orat. I. in Steph. Edit. Wolf. p. 612.

permissum non fuit. b) Quum enim ex huiusmodi mensis, quam apud Demosthenem saepe sit mentio, tantum commodi tantumque emolumenti capi facile potuit, ut possessor breui temporis spatio maximas saepe diutinas compararet, ne in alium, quam in pupillum redundaret emolumentum, legibus cauerunt Athenienses. Alias denique res, quas pupillus ex patris hereditate accepit, inter quas tamen officinae imprimis referenda videntur c), tutori maxime curae esse, leges iusserunt. Quae vero pupillo vsui nulli esse poterant bona, vel vendere, vel alio pacto ad alios transferre, fuisse prohibitum, haud arbitror, quum Demosthenes de ipsis suis tutoribus aequa mente dicat, ipsos agros emisse suos atque res familiares. d)

Ne vero impuberis bona a tutori iniuste consumerentur, atque vt, si tutor ipsis partem iniuste contriverit, pupillus damnum restitutionem eo prius consequeretur, duas potissimum leges, quae curae, quam in impuberum felicitate collocauerunt, vberima testimonia dici merentur, sapientissime promulgarunt. Altera quidem lege ad rationes post gestam tutelam reddendas tutorem obligarunt. e) Quum redditis rationibus optime inquire potest, num quis in bonis administrandis bonum virum se praestiterit, an pupillum damno affecerit, haec lex summa laude extollenda esse videatur. Sint fortasse alii, qui singulis annis rationes exigi potuisse, sibi persuasum habent; exstant vero tot argumenta, quae ex Demosthenis orationibus, quas contra tutores habuit, depromi possunt, quot ad sententiam meam optime substruendam, sufficiunt. Ipse enim ait: *Quum Pasicles in virorum numerum receptus est, num tutelae dede-*

runt
e) Rationes
post finitam
tutelam red-
dere obliga-
tus fuit.

b) Orat. I. in Stephanum l. c. p. 612. *τε ὁ ἵπτετοι* Orat. aduersus Nausicam.

c) Orat III. in Aph. Edit. Wolf. p. 564 et Orat. I. in Aphobum.

d) *Τα Χαρια και τας συνοικιας ινγιαν-*

e) Verba quidem legis explorare haud potui, loca vero frequentiora, in quibus de rationibus reddendis sermo est, illam fuisse latam, testantur.

runt rationem? f) et de suis tutoribus: *Quid nunc agunt?* (quum vir sim), Nullas bonorum usuras producunt. g) Neque, si quotannis haec rationes a tutoribus exposcendae fuissent, Demosthenes damnum, quod ipsi iniunxerant, triginta talentorum pretium aestimatum fuisse a iudicibus, dicere posset. h) Omnes enim Demosthenis facultates octo vel decem talentorum summam exaequarunt. Eorum, qui rationum exigendarum curam habere debuerint, negligentiae esse imputandum, si non quotannis illas reddiderint tutores, incassum mihi opponant alii, quam *Archon*, cuius officia paene omnia ad pupilli felicitatem spectabant, vix hoc passus esset. Altera autem lege impuberi in omnibus tutoris bonis, ne dote quidem mulieris exclusa, ius pignoris constituerunt. i) Nec aptiori via, tutorem ad officia seruanda adigendi, vii potuissent. Qui enim tutor metu, se, si negligenter tutelam gesserit, vel quedam corruperit in suumue usum conuerterit, suorum bonorum iacturam facturum esse, a negligentia et fraude non reuocatur, numquam ad bonam frugem reduci posse, videtur.

V. Officia
pupilli.

Hac tenus tutoris officia exponere studui. Athenienses vero non tutorum modo, sed pupillorum etiam officio rite determinandis operam dederunt. Itaque et haec tradam, quamuis admodum pauca sint, quae ex autoribus hac de re excerpte potuerim. Pupillus nimirum, quam tutor domini pupilli nomine ornaretur k) pietatem ipsi exhibere nihilque sine ipsis consilio suscep-

f) Τις οὐκ ἀνά πίκα Πατικλέης ἀντὶ γενεῶν, ἐκομιζετο τοι λογογ της ἐπιτροπῆς;

g) Νυν δε τι ποιουσι; Ἐργον μὲν αὐτὸν ἀποφαινεται των χειρωνατων Demosth. Orat. I. in Aph.

h) Orat. III. in Aphob. Θεύτες οὖν οἱ δικαιοτα τοι πιστοί χειρωνατον, ινεγον το συρπτων πλεον η τριπλοντα ταλαντα αύτους ἀποστεγουνται. Orat. III. in Aphob.

i) Demosth. contra Onet. I. οὐτωρ ἐβέληθη μεν ἀφοβηδονα την ἀδελφην ὥστα τον οὐτον πατρωνα ἔστιας καη της ἔριης ουκ ἐλιγυς αὐτον κιριου γενενημενον. Προσεδη την προίκα οὐκ ἐπιτινυν, δόπερ ει τα των ἐπιτροπευοντων χειρωνατων ἀποτιμημενα τοις ἐπιτρεπομενοις καθεταναχ γοργιζον.

k) Demosth. in Timarch. Edit. Tayloriana P. II. p. 17.

fuscipere, dictis obtemperare atque, ut omnia breuius dicam, ipsi morem gerere debuit. Imprimis vero, id quod silentio praeterire non possum, testimonium contra tutorem dicendi, licet veritatem ipsam respiceret, vel alii actionem contra tutorem suppeditandi, pupillo omnis facultas legibus fuit ademta. 1)

Arque haec, quae pro viribus meis explanare studui, officia cum a tutoribus tum a pupillo implenda, nonne eiusmodi sunt indolis et naturae, vt, Atticos summam curam in promouenda impuberum felicitate adhibuisse, nobis persuadeant? Quo enim tutor ad tutelam bene gerendam atque ad fidem praestandam commoueri potuit, omne id sapientissimis legibus sanxerunt. Verum autem vero nondum omnem earum legum, quae hanc rem attingunt, rigorem tradidi; Superest enim mihi, docere, quo pacto, si tutor officia transgressus fuerit, pupilloque iniuriam damnumue iniunxerit, hic nefas repellere damique restitutionem consequi potuerit. Duabus vero potissimum, horam obtainendorum gratia, rationibns vii, ipsi licuit. Tutorem enim leges iniuste deserentem, vel in ius vocandi, vel si ob impensas aliaque incommoda publicas lites deterstaretur, amicis rem committendi ipsorumque consiliis transigendi, facultate gauisus est. Horum ope saepius lites dirimere studuisse pupillos inter Athenienses, in orationibus a me laudatis testatur Demosthenes. m) Verum tamen, si litem aliorum arbitrio commiserint, illorum stare sententiae, promittere tenebantur. n) Itaque in lata ab arbitris sententia

V. De effe.
Etibus male
gestae tute-
lae.

I) de trans-
actione.

1) Isaeus περὶ τοῦ ἀγνοῦ κληροῦ in collectione Rherorum Aldina, (1515). p. 79. οὐ γαρ ἔντα τοις σέφωνοι κατατοντις πεπτεροπον οὐδὲ ἀληθῆ λέγειν, ὅπερ γαρ αὐτοῖς δεῖξεν. αἱ καλυτει τούτους ψήφου του παιδὸς δικην παρ' ἑρσον λαμβάνειν.

m) in Onotor. I Wolf Edit. p. 568. quo loco Demosthenes, se tutori rem

ipsam decidendam commisisse, ait; in Orat I. contra Stephanum. Edit. Wolf. p. 608. in Orat. pro Phormione ibid. p. 602

n) v. Pratieri Iurisprud. veter. I. 9. inter leges Solonis. in Ossou, Thes. I. C. T. IV. p. 402.

C

centia pactisque inter partes initis tantum insuit auctoritatis, ut inter partes in totaque republica valuerit, aequo ac si iudex ipse rem cognitam diiudicasset. Nullum igitur querelas mouere, sententiamque aduersus agere potuisse, patet. o)

a) de actio-
nibus.

Si vero tutor, sperans fore, ut rem suam vel populo commendet, vel iudicem corruptat, item ad aliorum arbitrium reuocari permittere nollet, vel si pupillo, hoc pacto liti finem impone-re, displicerit, alia, quae ad damni restitutionem ipsi praefecto es-sent, praefidia leges proposuerunt. In ius nimirum tutorem, qui diuitias acquirendi, cupiditate captus, officia neglexerit rebusque pupillaribus multum detraxerit, vocare actionibusque ipsum prosequi, comprobarunt. Quum vero peccata et crimina a tute-re commissa variae naturae esse possent, legislatores varias quoque dedere actiones. Quare, si pupilli aedes elocare oblitus fuerit, actio de domo haud elocata p), si pupillum male tractauerit, vel iniuria lacefuerit, iniuriarum actio potuit institui. q) Si tutor porro aede officia sua deseruerit, ut res pupilli familiares alienare haud dubitauerit, non contra tutorem modo, sed contra quemcunque possessorem rei vindicatione uti potuisse pupillum, Demosthenes docet, r)

b) de actio-
ne tutelae.

Quae vero actiones cum graui illa tutelae actione, (ἐπιτροπής διηγη,) ne misceantur, cauendum est. Melanchthoni s) enim et Poto-

tereo

o) Orat. aduers. Nausicmach. init. p.
633 Squ. Διελυτραδες γε αστ εγκ ογον ανθισ
ιπιν δικη. et Dem. pro Phorm. p. 603.

p) Porter's Antiquities of Greece Vol.
I. p. 124.

q) Κανωπιας δικη, γεραφη nominabas-
tur. v. Potter, I. c. p. 126.

r) Dem. in Aph. 117. p. 560 Διασ-
κευασταιμένου την ουσιαν και παραδον την
μεν οικιαν Αφοβω, τον τε αγρον Οινησαιπροσ
μεν εξεινον δικην και περιγμοι ἔχειν ερε-
πτωσικες.

s) In collatione actionum atticar, et
Romanar, Witeb. 1546. p. m. 41.

tero t), qui hanc actionem ipsius indele moti, contra eos tantum, qui fraudulenter pupilli bona consumserint, habuisse locum, affirmant, non possum non assentiri. Tales enim certissime produxit effectus, quales apud tutorem ex negligentia aliquid omittentem vel ex inscitia pupillo nocentem applicare, certe iniquum esset. Neque vero quoconque tempore moueri potuit; Solon quippe, expressa lege, post quinque annos illi omnem vim ademit; Hanc legem, inquiens, vobis datus sum: *Si quinque annis praeterlapsis non egerunt, non amplius comperat pupillis actio contra crimina in turela commissa u*), atque alio loco: *Iniuriarum ab initio factarum actio non amplius, quam quinque annos lege datur pupillo.* ^{c) quo tempore moueri potuerit.} x) Num vero inde a tempore delicti commissi, an a finita tutela hi anni computari coepirint, a dictissimo quoque in dubium vocari potest, quum legislator mente suam non satis accurate explicauerit. Evidem tamen illos a tutelae ad finem perductae tempore numerare mallem. Quo enim pacto iuuenis tenera aetate omnem tutoris fraudem detegere ideoque ius suum persequi potuit? Verba quidem Solonis: *Iniuriarum ab initio factarum non amplius, quam quinque annos dari actionem*, sententiam meam impugnare videntur. Facile vero illa adeo interpretari puto, ut sententiae meae respondeant. Legislatoris enim mentem eo respicere, puto, quod, quamvis iniurias ab initio perlatas ob longum temporis interuallum obliterare ideoque earum post gestam tutelam delationem negligere posset pupillus, tamen eorum vteſſendarum, tutela et quinque annis peractis, finis esse deberet.

^{e)} I. c. T. I. C. 24. p. 128.

ii) Βαλορην δε τέλον ὑπὸ τον γορεον
ισκειν. οὐδὲ πεντε ἵπτη παρελθεῖ καὶ μη δικαιούσθων, μηκετὲ ἕνακ τοις ὄφεσιν δικην περιττων ἐν της ἐπιφρεστης ἔργηληστων. in Orat.
aduersus Naufismach. Edit. Wolf. p. 634.
Petit. L. VI. T. VII. et Postor. L. I.
C. 26.

3c) Ταν μεν ἵξε σέχης αὐτημασταιν ἢ διδοσιν ἵξε ποιειται τας δίκας τοις ὄφεσιν ο νομος, καὶ ταν σὺν αὐτημεναι επιτηροποι. -- et ἀκουειται τε νομον λεγοντος εἰνικερον, οὐδὲ μη πεντε ἵπται δικαιούσθων, μηκετὲ ἕνακ τοις ὄφεσιν δικην. v. Meursium in Them. attica L. II. C. 10. Gronou, l. c. T. V. p. 1973.

beret. Plato porro eodem pacto de hoc quinquennio sentit. y) Praescriptio autem ista quinquennalis opponi non poterat, si quis legitime impeditus agere non potuerat, stipendia fecerat. Saepe enim, si tutores per longum annorum seriem, quibus actio instituta haud fuit, pupilli accusationem infringere studuerunt, hic se eo excusauit, quod stipendia meruerit z) Neque, quum in bello non currit praescriptio, quum non valeat agere, meae sententiae quem esse contradicturum, arbitror.

d) a quo?

Inter dictos vero quinque annos tum a pupillo, tum ab omnibus, quibus, fraudulenter egisse tutorem, notum fuit, haec actio potuit moueri. a) Quum enim pupillo quam proxime subuenire iniuriamque propulsare, Athenienses voluerunt, nullam, qua hoc impetrare possint, viam neglexerunt. Pupillo vero ipsi, durante tutela hanc actionem contra tutorem intendere, licuisse, vix dum enunciare audeo. Iis ratiem annis, quibus mentis imbecillitas nimis magna adhuc est, anno nimirum decimo quarto nondum transacto, hoc iure fuisse instructos, Platonis verbis motus inficias eo. Qui enim, ait, simulac pupillus pubescit, si, male tutelam geri purat, intra quinque annos post finitam tutelam, tutelae actione agere potest. b) Hac vero aetate facti actionis vtendae gauisos esse facultate,

y) Ἄμειδας δὲ ἀνὴρ οὐρανοῦ τις τῶν ὁρφανῶν, οὐαὶ γῆγεντας πακάς ἐπιτρέπεινενα, μεχρι πελεῖ ἔτεστον ξέρηκουσας τῆς ἐπιτροπῆς οὐαὶ δίκαιη λαχεῖν ἐπιτροπας.

z) Isaeus in orat. ὑπερ του ἀπολλοθε-
γου κληρου. Editione citata pag. 74.
Μέλα θε ταῦτα οἱ πορνιθικοὶ πολεμοὶ ἐγένετο
οὐ ω γενειας προστενεδητη παγκαζορε-
δα οὐ διδέσπερα οὐ οὔκαι δίκη εἴργενετο

λαβειν' εἴργεντο δ' αὖ γενοκενης ίμοι δ' αἰτη-
χημα προς το δημοσιον συνεβή'

a) Petitus l. c. p. 493. Pollux L. VIII. c 9. Petitus actionum Romanarum naturam ignorans, hanc tutelae actionem, publicam appellat idemque nomen dat criminis suspecti inter Romanos usitato. Euer. Otto illum iam refutare studuit in Comment. ad Institut. T. de suspectis tutoribus.

b) De legibus. L. XI. v. ii. y, antec.

te, veritati eo magis congruit, quum et liberis parentes, a quibus multum iniuriae pertulerant, accusare licuit. c)

Si vero pupillus, qui res suas a tutore dissipari animaduertit, vel alii contra tutorem agere voluerunt, non apud vnumquemque iudicem ipsius nomen deferre potuerunt. Quum enim res pupillares singulari cura esse dignas censuerint, coram solo *Archonte*, cuius officium initio commentationis fusus descripsi, tutorem in ius vocari debere, constituerunt. d) Ipse vero *Archon*, si res eius fuit naturae, ut de illa iudicare potuerit, sententiae ferendae facultate instructus fuit, si vero tanti momenti, ut potestatem, *Archonti* commissam, excesserit, illam post quinque dies *HELIASTIS* e) cognoscendam et diuidicandam tradere, tenebatur.

e) Apud quem iudicem?

Lite demum vel *Archontis*, vel *Heliastrarum* cognitioni subiecta, utriusque tutori et pupillo certum temporis spatium datum est, quo se vel ipsi defenderent, vel ab aliis se defendendos curarent. Postquam vero unusquisque sui defensionem ad finem perduxit remque suam iudicibus commendauit, hi in illam accuratius inquisuerunt. In multam igitur, si pupilli opes fraudulenter

c) *Satmatria ad ins attic, et Roman.*
Cap. IX. p. 196.

d) Δικαιοσύνη τοῦ προτεστοῦ λαογχεωνοῖς, κακούργους περιεργίας, etc. ἐπιλέγοντος οὐρανοῦ.
Pollux l. c. L. VIII. C. 9.

e) Heliacam maximum, post quinque capitalia fuisse forum, testatur Pau-

fanius. Vlpianus hoc ita dictum esse, affirmat, aut, quod eo hominum multitudine maxima conuocaretur, aut, quod a sole locus illustraretur. v. *Car. Sigan.* de republ. Athen. L. I. C. 3. *Grovou.* T. V. p. 1518 ibid. L. III. C. 4. *Archontum collegium praefuit huic iudicio:* ibid.

D

lenter diminuit, in grauiorem vero poenam, si grauiora delicta commisit, condemnatus est. f)

Num vero tutor graui tutelae actioni succumbens, famae suae periculum incurrit, multis dubitationibus offusum est. Evidem tamen illud, exquisitoribus argumentis ductus, affirmare, quam negare mallem. Iuuenem nimirum, qui tutorem vel iniuste accusauerat, vel iudices, pecunia corruptos, ad suam partem commouere non potuerat, ideoque causa in iudicio ceciderat, non mulcta solum, sed fama etiam atque honore punitum fuisse, puto ex Demosthene patere. Qui enim, a iudicibus pertens g), ut benebole de re sua iudicent:

f) Demosth. in Macartatum. ὁ ἀρχαντιμελεσθα των ὄρφανων καὶ των ἐπικληγαντῶν γυναικῶν, ὅσαι μενούσιν ἐν τοῖς ὄχοις των ἀδερφῶν των τεθυκόσων φυσικῶν κινεῖ, τεταῦ ἐπιμελεσθα καὶ μετ' ἑαλὸν ὑβρίζει, οὐ ποιεῖ τι παρονόμον. κυρίος δὲ ἐπιβαλλειν κατὰ το τέλος. Εαν δὲ μειζόνος ζητιας δικῆς εἴσιος εἴσαι, προσκαλεσμένος Πρόπεμπτα, καὶ τηρηματικούς επιγεγαψαμένος ὁ, τι ἀν δοκεῖ εἴσαι, ἐπογγεῖτω εἰς τὴν ἱλιακὴν. Εαν δὲ ἀλλα, τημέτω η ἱλιακή περι του ἀλογοτος ἡ, τι νοεῖται πολέσιν ἡ αὐτοτιστική. v. Petz. I. c. L. VI. T. VII. Potter. L. I. C. 26. Prateii Jurisprud. vet. L. I. l. 28. in Ottou. Thef. I. C. T. IV. p. 406 et Meurs. Them. Att. L. II. C. 10. v. Gronou. Thef antiquit. T. V. pag. 1973. Cuius loco addendus est aliis ab eodem Demosthene prolatus. in Orat. in Steph. II. τον τονιγόμοις ἐπιτελεις αἰσχυνδι, ὃς κελευστικασιας εἴνει ταν ἐπι-

κληγαντικασιας καὶ ξεναν καὶ περι μετ πολιτιδων τον ἀρχοντα εισαγειν καὶ επιμελεσθα. Meurs. Them. att. L. II. C. 21. Gronou. I. c. p. 1982. Poena mulctas ipsa, si tantum damni iniuncti causa soluenda erat, minuebatur etiam, si tutor non habebat, vnde solueret. v. orat. I. Dem. III. in Aph. Edit. Wolf. p. 560. Magnum vero Attici fecerunt discrimen inter damnum ex industria illatum et inter damnum ex negligentia factum. v. Petit. L. VII. T. III. et Porter. ibid. L. I. C. 26. Λ. πολέσιν ἡ αὐτοτιστική. v. Petz. I. c. L. VI. T. VII. Potter. L. I. C. 26. Prateii Jurisprud. vet. L. I. l. 28. in Ottou. Thef. I. C. T. IV. p. 406 et Meurs. Them. Att. L. II. C. 10. v. Gronou. Thef antiquit. T. V. pag. 1973. Cuius loco addendus est aliis ab eodem Demosthene prolatus. in Orat. in Steph. II. τον τονιγόμοις ἐπιτελεις αἰσχυνδι, ὃς κελευστικασιας εἴνει ταν ἐπι-

dicent: *Si enim aliud quid iudicatis, inquit, quali futurus est animo, animaduertite, quum me tum opibus priuatum, cum honore deſtitutum videt; et alio loco, Turores actione iniuriarum, qua famam ipsius et bona summis periculis exponerent, aduersus ipsum eſſe vſuros, queritur. b) Quum igitur actionem non recte adhibenti famae amissio imminuit, tutorem fuisse infamiaasperum, si ipsum iudices damnarent, num a veri specie abhorret? Praeter vero id infamiae poena non ideo grauis fuit inter Athenienses et maxime vſitata, quum vnicuique, qui officio publico iniuste functus erat, infligeretur. i) Plaro porro, eum, ait, qui propter lucrum leges deserit, non honesta, sed turpi actione esse persequendum k) et paullo inferius, tutorem fraudulenter tutelam gerentem, infamia debere laborare. l) Hesiodus denique, quem mihi hac in re ſubuenire posse, fortaffe opinatur nemo, tutelae haud bene administratae crimen inter maxima crimina commemorat. Comparat enim eiusmodi tutorem, cum eo qui supplices, vel peregrinos male tractat, qui cum fratriſ vxore clam coit vel patrem aetate prouestum iniuria afficit. m) Quamuis plenam poëtis dare fidem vide-*

ri

h) Δικην ἀ μοι βλαβης ἐπαχει εν ή και πρει αὐτημας ἀνδροστοι κινδυνευουσιν. Orat. II. in Aph. p. 562.

i) videſis Xenophontis politiam Athen. C. 3. §. penult. et vlt. Edit. Lips. Vol. II.

k) προς τοὺς δὲ δίκην ὑπέχετο τῷ βεβλωμένῳ φετινεᾳ, μη καλην μηδ' ἔναντιμον, ἀλλ ἀποχρεων, ἐαυ ἀλεκτητης δια το κερδος τον γομεν καθαρογενων. L. VI. de leg. Edit. Ficin. p. 614.

l) Lib. XI. de legibus.

m) In operib. et diebus. v. 325.

ἴσον δ' ὁς δ' ικεῖται, ὃς τε ξενον κακον ἐργει; ος τε καπιτυντοι εν αὐτα δέματα βανοι, Κευτλαδις εινης ἀλοχου, παρακαμψια ρεσον.

ος τε τευ ἀφραδιης ἀλιταινεζαι ὄρφανα τεννα.

ος τε γονια γεροντια, κακο ἐπι γηρασ ουδω, Νεκειν καλεπονοι καδιαγομενοι επεοστι. Τω δε τοι Zeus αύτοις ἀγαπει ει δε τελευτη.

Την.

Ἐργων αὐτι αδικαν καλεπην ἐπειδηκει αμοιβην.



ri nollem, tamen haec Hesiodi verba ad sententiam meam defendendam mihi aliquantulum inferuire, puto.

Supplices quo minus iniuria afficerentur vel laederentur, legibus fuisse prohibitum, testatur Demosth. in Nezeram; dicens: Τους ινέτας είναι ασφαλεῖς. v. Thyssum, l. c. in Gronou. Thes. T. V. p.

1370. Varia eorum, qui parentes male tractarunt neque alerunt, poenas, inter quas quoque infamiam leges, recenset Praeius in iurisprud. vet. v. Octo. Thes. T. IV.

CORRIG.

p. 6. l. 5. leg. μειράνω pro μειράνει.

— n. a. l. 12. leg. Οδύσση pro Οδύσσει.

p. 20. l. 19. leg. officiis pro officio.




CK 674

andreas IX. 1. 1

ULB Halle
008 349 282

3





24
13
DE
TVTEL A IMPVBERVM ATTICA,
BREVIS COMMENTATIO.

VIRO ILLVSTRI,
CHRISTIANO HARTMANNO
SAMVELI GATZERT,

PHILOSOPHIAE ATQVE IVRIS VTRIVSQUE DOCTORI,
IN ACADEMIA GEORGIA - AVGVSTA ADHVC
IVRIVM PROFESSORI PVBLICO,

I AM
SERENISSIMO HASSIAE LANDGRAVIO A CONSLIIS REGIMINIS
ET IN ACADEMIA GIESENA IVRIS ANTECESSORI
DESIGNATO,
PATRONO ATQVE PRAECEPTORI
MAXIME COLEND O,

DICATA.

AVCTORE
ERNESTO CHRISTOPHORO WALCHIO L. C.
REGII DISCIPLINARVM HISTORICARVM INSTITVTI
SODALE EXTRAORDINARIO.

GOETTINGAE
LITTERIS BARMEIERIANIS. CI CI CC LXVII.